a Et ſicut perdix inducitur in caueam: quę eſt ſagacissima auis: et tn̄ decipitur. b Et vt caprea in laqueum: quę acutiſſime videt/ et velociſſime currit: et tn̄ occupatur et capitur. c Sic et cor ſuperborum/ fetorem ſpirat/ et ſępe decipitur: licet ſibi ſapiens videatur. Recte autem comparatur perdici ꝛ capreę ſuperbus. Perdix enim ex voce nomē habet: vt dicit Iſidorus: Sic ſuperbus ex vocibus adulantium nomen habet/ ſiue famā ſibi vſurpat. Item perdix aliena oua fouet ꝛ furatur: vt dicit Hiere. xvij. b. Fouit quę non peperit. Sic ſuperbus aliorum facta ſępe ſibi attribuit: vt patet i ſcho- [Al. fouea] laribus ꝛ magiſtris: q ſępe ſcripta aliorū ſurripiunt: et quaſi nouū opus publicant. Sed ſicut in perdice/ ſic ſępe accidit in eis. Cum [imponet] enim perdix pullos d alienis ouis eduxerit: ſtatim vt vocem verę genitricꝭ audierint/ relinquūt perdicem ꝛ re- [Al. fero] uertuntur ad verā genitricem: ſic auditores qui cū audierint illū q ſcripta condidit/ relicto ſuperbo magiſtro: qui ſe de ſcriptis hmōi falſo iactabat: cōmendant illum/ ꝛ iſtum vituperant. Item perdix eſt auis immūdiſſima: ꝛ tn̄ a magnatis libenter comeditur: quia ſupbia natione cęleſtis ꝛc̄. Item capreę ſimilis eſt ſuperbꝰ. Caprea eni habitat in mōtibꝰ: ſic ſuperbꝰ ſemp eſt in dignitatibus mente ꝛ deſiderio. Item caprea acute videt: ꝛ ſuperbus ſe reputat ſapientem. Item caprea velociſſime currit: ꝛ ſupbus omnibꝰ ſe pręfert: vbicūqꝫ vacat dignitas/ primꝰ adeſt. Fetidus autem dicitur ſuperbus: quia ſicut fetens nunqꝫ de alijs niſi fetida dicit et ſpurca. Et licet auctor omne genus ſuperbię hic comphēdat: tn̄ duplicem ſuperbiam hic ſpecialiter ſuggillat. Unam quę ſurgit ex opinione ſcientię: quam beatus Bern̄. vocat ſuperbiam altam: quę per capream deſignatur. De qua dicitur. j. Corꝭ. viij. a. Scientia inflat. Et aliam quę ſurgit ex diuitijs: quā beatus Bern̄. vocat ſuperbiā imā: quę per perdicem ſignificat. De qua dicitur. j. Timoth. vj. d. Pręcipe diuitibus huius ſęculi non ſublime ſapere. Sequitur: d Et ſicut proſpector videns caſū proximi ſui: ſic eſt cor ſuperbi. e Bona enim/ facta vel dicta aliena. f In mala conuertens: id eſt diminuens: vel mala intentione facta aſſerens: g Inſidiatur: vt ſi male aliquid fiat vel dicatur/ publicet ꝛ augmentat: bonū vo diminuet et peruertat. h Et/ ita/ in electis imponit maculam. i. itentionē eor ꝑuertens. Sicut iudei Matth. xij. b. Non eijcit hic demonia niſi in beelzebub. Proſpectorem vocat ſuperbum: quia procul aſpicit alios/ ſe cunctis ſuperiorem ęſtimans. Unde Iob. xl. b. Diſperge omnes ſupbos ꝛ reſpiciens omnem arrogantem humilia. i A ſcintilla vna augetur ignis: id eſt magnus ignis naſcitur. k Et ab vno doloſo: id eſt heretico vel falſo fratre: l Augetur ſanguis: id eſt hominum perditio vel peccatum: qd ſanguinis nomine deſignatur. Oſee. iiij. a. Sanguiſ ſanguinē tetigit: id eſt peccatū peccato additū eſt. m Homo enim peccator: id eſt hereticus vel quilibet ex certa ſcientia peccans: n Sanguini inſidiatur: id eſt vitę ſpirituali extinguendę: quia quaſi nihil in conſpectu eius ſanguis: vt dicitur. s. viij. d. o Attende tibi a peſtifero. i. caue tibi ab heretico vel detractore: qui venenū portat i ore vt ſerpēs. p Fabricat enim mala: id eſt cogitat qualiter nocere tibi poſſit aut valeat. Iob. xiij. a. Cū deo diſputare cupio: prius oſtendēs vos fabricatores mendacij et cultores peruerſorum dogmatum. Eſa. xlv. c. Abierunt in confuſionem fabricatores errorum. Et qualiter attendere moneat a tali peſtifero ſubdit: q Ne forte īducat ſuper te ſubſannationem i perpetuū: id eſt deriſum demonū q ſubſannant peccatores: vel chriſti/ qui in die iudicij impios ſubſannabit. Prouerb. j. c. Ego quoqꝫ i interitu veſtro ridebo: et ſubſannabo cum vobis qd timebatis aduenerit. r Admitte ad te alienigenam: id eſt hereticum vel demonem vel quemlibet peruerſorem. s Et ſubuertet te in turbine/ erroris vel peccati vel iudicij. Et loquitur ironice. q. d. ſi admittis alienigenam: ſubuertet te verbo vel exemplo: ideo conſortiū eius fuge. Cōtra Leuitꝭ. xix. g. Si habitauerit aduena in terra veſtra ꝛ moratus fuerit inter vos/ nō exprobretis ei/ ſed ſit inter vos quaſi indigena ꝛ diligetis eum quaſi voſmetipſos. Itē Deut. x. d. Amat deꝰ peregrinum et dat ei vic- [Al. t tempore] tum ꝛ veſtitum: et voſ ergo amate peregrinos. Sol. Hic loquit [A.] auctor de alienigena ſpirituali/ heretico vł diabolo vł peccato: q alienāt a deo. Ibi agitur de alienis lꝛalibꝰ i quibꝰ debent exerce- [Al. t deo] ri opa miſcdię. t Et abalienabit te: ſi ei cōſentias. v A vijs proprijs: q ꝓprie ducūt ad vitā vł ad deū. Uel/ A vijs tuis: id ē q tibi datę ſunt ꝛ oſtenſę vt in eis ambules.

Expoſitio Ca. XII

Si bene feceris ꝛc̄. Duo dicit auctor in hoc capitulo. Primo docet diſcretionem eſſe ſeruandā in elemoſynis faciendis/ oſtendens cui danda ſit elemoſyna: iuſto. ſ. et humili/ bono ꝛ miſericordi: et cui non: et quę retributio facięti: et qd incōmodū facere negligentis: ſuboſtēdens qn̄ ꝛ qliter agnoſci poſſit verꝰ amicꝰ/ qd nimis difficile eſt: et quomodo ad falſos amicos nos habere debeamus. Dicit ergo: x Si benefeceris: id eſt benefacere volueris dando elemoſynas tā corporales qꝫ ſpirituales: y Scito cui feceris. i. anteqꝫ des/ attēde cui des. Un̄. ī. eodē ſm aliā trāſlationē. Deſudet elemoſyna in manu tua: donec īuenias cui des: vel cui dare debes. Monet aūt auctor attendere cui dandū: et non ſolum hoc/ ſed et ſimplici animo dare debes. Unde Matth. vj. a. Attendite ne iuſticiam veſtram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. z Et erit gratia bonis tuis multa: et ſic erit elemoſyna tua grata deo: ꝛ tibi bonorum abundantiam et dei gratiam conſeruabit. Unde. ī. xvij. c. dr̄: Elemoſyna viri quaſi ſaccułꝰ cū ipſo: ꝛ gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit: ꝛ poſtea reſurget ꝛ retribuet illis retributionem. a Benefac iuſto/ potius qꝫ iniuſto. Nullum enim excludit ab elemoſyna: ſed iuſtum pauperem pręponendū oſtendit iniuſto: alioquin omni pauperi dandum eſt. Unde Lucꝭ. vj. e. Omni petenti te tribue. Et Seneca. Multa perdenda ſunt vt vnum bene detur. b Et inuenies/ in futuro: c Retributionē magnā: quia pro nūmo vitam ęternam. Augꝰ. Da pauperi ꝛ accipe cęlum. Eccꝭs. xj. a. Mitte panem tuum ſuper trāſeūtes aqs: et poſt multa tempora inuenies illum. Uel ſic. x Si benefeceris/ pauperi: y Scito cui feceris: quia chriſto ꝓk quē dediſti. Un̄ Matth. xxv. d. Qꝫdiu feciſtꝭ vni ex fratribꝰ meis minimis mihi feciſtis. z Et erit gr̄a bonis tuis multa: quia illa ſola elemoſyna remunerabitur a deo quę chriſto datur. a Benefac iuſto: id eſt chriſto i mēbris ſuis: b Et inuenies retributionē magnam/ reſpectu illorum qui dāt elemoſynas pro laude hominū: De quibus dicitur Matth. vj. a. Amen dico vobis/ recęperunt mercedem ſuam. De alio vo dicitur Matth. x. d. Qui recipit prophetam in nomine prophetę/ mercedem prophetę accipiet: et qui recipit iuſtū in nomine iuſti/ mercedem iuſti recipiet. d Et ſi nō ab ipo/ iuſto paupe. e Certe a dño: q dicit Mat. x. d. Quicūqꝫ potū dederit vni ex mimis iſtis calicem aquę frigidę

calicem aque frigide tm̃ in nomine diſcipuli: amen dico vo/
bis/non perdet mercedē ſuam. a ¶Non eſt ei bene qui
aſſiduus eſt in malis: id eſt qui aſſidue peccat et pecca/
ta peccatis accumulat: quia et ſi exterius dilectus in carne et
honoretur ab hominibus: torquetur tñ et cruciatur in con/
ſcientia: quia nullum malũ erit impunitũ. b ¶Et elemoſy/
nã nõ danti. i. dare valenti/ſed nõ volenti: ſupple non bene.
c ¶Qm̃ ⁊ altiſſim⁹ odio habet pctõres: nõ homines.
Sap. xj. d. Nihil odiſti eoꝝ que feciſti. Hoĩes ipſe facit non
pctõres: et ideo hoĩes diligit: ſed pctõres odit. Unde Pſ.
Pſ.5. Odiſti oẽs q̃ opanẗ iniq̃tatẽ. Eſt aũt duplex odiũ dei. ſ. odi/
um eterne reprobatiõis. Malach. j. a. Dilexi iacob: eſau au/
tem odio habui. Et ẽ
odiũ tp̃alis aĩaduerſi/
onis: quo tp̃alit̃ punit
vel hoĩem ꝓprie volũ
tati derelinq̃t: qd̃ eſt
maxima ira dei: vt di/
cit Aug⁹. De h̃ dicit
†Pſ.30. Pſ. Odiſti obſeruã/
tes vanitates ſupua/
cue. Sed que eſt cau/
ſa: Nõ bñ eſt elemoſy
nã nõ dãti: qm̃ ⁊ altiſ/
ſim⁹ odio habet pctõ
B res. Reſpõſio. Non
Al. † dari dare elemoſynã pctm̃
eſt. Jaco. ij. c. Judici
um ſine miſcdĩa fiet il
lis q̃ nõ fecerũt miſcdĩã. Sequit̃: d ¶Et miſert⁹ ẽ penitẽ
tibus. i. de pctis cõmiſſis dolẽtib⁹ ⁊ dimittentib⁹: vt petro
flenti: Luc. xxij. g. Et magdalene: Luc. vij. g. Et mattheo
ſedẽti ad teloneũ: Marci. ij. b. Et mulieri ĩ adulterio dep̃hẽ/
ſe: Joh. viij. b. Dauid de adulterio penitẽti. ij. Reg. xij. d.
Pſ.31. Jõ dixit: Dixi ↄfitebor aduerſũ me iniuſticiã meã dño: et tu
remiſiſti impietatẽ pcti mei. De h̃ dr̃ Prouer. xxviij. b. Qui
abſcondit ſcelera ſua nõ dirigeẗ: q̃ aũt ↄfeſſus fuerit ⁊ reliq̃rit
ea/miſcdiam ↄſequeẗ. e ¶Da miſericordi: ⁊ ne ſuſcipi
as pctõrẽ. Cõtra. Luc. vj. c. Oi petẽti te tribue. Gal. vj.
c. Dũ tp̃us habem⁹ operemur bonũ ad oẽs. Prouerb. xxv. c.
Si eſurierit inimic⁹ tuus ciba illũ. Sol. Jn hoĩe tria ↄſiderã
da ſunt. Gr̃a/natura/culpa. Propẗ prima duo ſubueniendũ
eſt hoĩ: ꝓpter tertiũ nunq̃. Et h̃ ẽ: Da miſericordi. i. miſe
rũ cor habẽti: ⁊ miſericordia indigẽti. f ¶Et ne ſuſcipias
pctõrẽ. i. ꝓ pctõ ne ſpernas ſi indiget. Vñ Glo. Qui indigẽ
ti elemoſynã tribuit nec ꝓ delicto ſpernit: vere miſcdĩaꝫ facit:
natura eñi reſpicĩẽda eſt nõ pſona. i. pſone cõditio g ¶Et/q2
impijs/ↄtra fidẽ: h ¶Et pctõrib⁹/cũ fide: i ¶Reddet
vindictã/dñs: k ¶Cuſtodiẽs eos ĩ die vindicte. i.
reſeruãs eos punĩẽdos in die iudicij. q. d. ꝓpẗ pctm̃ nõ eſt ſub
trahenda elemoſyna pctõri cũ indiget: q2 dñs puniet eum lo
co et tempore ſuo/cuius eſt punire pctõres. Ezech. ix. a. ẜm
aliam editiõẽ: Mihi vindictã ⁊ ego retribuã. Hiere. xij. a.
Congrega eos q̃ſi gregem ad vindictã. Job. xxj. d. Jn diem
pditiõis ſeruatur malus: ⁊ ad diem furoris duceẗ. ij. Peẗ. ij.
b. Nouit dñs pios de temptatiõe eripe: iniquos ṽo in diem
iudicij cruciãdos reſuare. l ¶Da bono/indigẽti: m ¶Et
non receperis pctõrẽ/ad elemoſynã/inquantum pctõr eſt.
Verbi gr̃a: Nõ hiſtrioni vl' maledico. Ut dicit Hiero⁹: Hi/
ſtrionib⁹ dare/eſt demonib⁹ imolare. Vel ſicut. ẽ. Nõ rece
peris: id eſt ꝓpter peccatũ ne ſpreueris q̃ñ elemoſynam des
ſi indiget. Simile legiẗ Tob. iiij. c. Panẽ tuũ ⁊ vinũ tuũ ſup
ſepulturã iuſti conſtitue: ⁊ noli ex eo mãducare cũ peccatori/
bus: id eſt pro eo q̄ peccatores ſũt/noli cõmunicare: Sic fa/
ciunt illi qui nutriunt hiſtriones/cum eſuriant chriſti paupe/
res: qui autem dat indigenti peccatori: non quia peccator eſt
ſed quia homo eſt: non peccatorẽ ſed iuſtum nutrit: quia cul/
pam non diligit/ſed naturam. Myſtice/autem prohibet au
ctor hereticis cõmunicare ſocietatẽ vel verbũ doctrine. Vñ
Matth. vij. a. Nolite ſanctum dare canibus. n ¶Bene

a Nõn eſt ei bene q̃ aſſidu⁹ eſt
b ĩ mal: ẽt elemoſynã nõ dãti:
c qũoniã ⁊ altiſſim⁹ odio ha/
d bet pctõres: ẽt miſert⁹ eſt pe/
e nitentib⁹. Dã miſericordi: ⁊
f g nẽ ſuſcipias pctõrem: ẽt im/
h i pijs ẽt pctõrib⁹ rẽddet vin/
k dictam: cũſtodiẽs eos in die
l m vindicte. Dã bono ẽt nõ re/
n ceperis pctõrem. Bẽne fac
o humili: ⁊ nõ dedẽris impio.
p Prõhibe panes illi† dare:
q r nẽ ĩ ipſis põtẽtior te ſit. Nã
s dũplicia mala iuenies ĩ oĩb⁹
t boniſ q̃cũq̃ fecerĩ illi: qm̃ ẽt
altiſſim⁹ odio habet pctõreſ:
et ipijſ reddet vindictã. Nõ
v x ãgnoſceẗ in bonis amic⁹: ẽt
nõ abſcõdeẗ ĩ malis inimic⁹.
y z Jn bõnis viri inimici illiũs:
a b ĩ triſticia ẽt ĩ malicia illi⁹ ãmi
c cus agnit⁹ ẽ. Nõ crẽdaſ inimi
d co tuo ĩ eẽnũ. Sic ẽni† atra/
e mentũ eruginat nẽq̃tia illi⁹.

fac humili: id eſt pauperi/humiliter petẽti: o ¶Et non
dederis impio: id ẽ indigenti preponẽdus eſt iuſtus im/
pio in neceſſitatis releuatione. Greg⁹. Oportet vt inſtanter
detur quicq̃d vera humilitate req̃ritur. p ¶Prohibe pa/
nes illi dare/materiales vel ſpũales. Et ſubiungit cauſã:
q ¶Ne in ipſis/panib⁹: r ¶Potentior te ſit: id eſt blaſ/
phemãdo qd̃ tu predicas. Vel/Potentior: id eſt exercita/
tior ex ipſa predicatione tua. Heretici enim tm̃ audiũt predi
cationem vt ibi qualiter alios impugnẽt vel ipſam doctrinã
ĩuertant/concipiant. s ¶Nã duplicia mala inuenies
in oĩb⁹ bonis quecunq̃ feceris illi: quia ipſũ foues
in errore ſuo: et ipſe abũtitur dono tuo: et vtrũq̃ danti aſcri/
bitur. Vl'/Duplicia
mala: tua perdis: et
aduerſariũ tuũ cõtra
te nutris ⁊ armas. t
¶Quoniam ⁊ altiſ/
ſimus odio habet
peccatores: ⁊ im/
pijs reddet vindi
ctam. Odit inquam
in preſenti/non cõfe/
rendo gratiaꝫ/deteſtã
do vitia/diligendo na
turas: qd̃ eſt perfecto C
odio odire. Unde ſup Al. † erum
illud Pſ. Perfecto Pſ.138.
odio oderã illos: dicit
Glo. Perfecto odio
odiſſe eſt: vt nec propter vitia homines oderis/nec propter
homines vitia diligas. v ¶Non agnoſcetur in bonis
amicus: id eſt in proſperis: quia incertum eſt vtrum perſo/
na aut fortuna diligaẗ. x ¶Et non abſcondetur in ma/
lis: id eſt in aduerſis: inimicus. Facilius enim in aduer/
ſis probatur amicus ⁊ inimicus. Multi eñi ſunt amici ſolo no
mine: et recedẽte fortuna inſultant cui prius adulabantur: vt
ſemei dauid. ij. Reg. xvj. b. Unde Seneca. Ob hoc preci/
pue diligenda eſt paupertas: quia facit te ſcire quiſ te vere di
lexerit. Jlle enim vere amicus eſt: qui omni tempe diligit: vt
dicitur Prouerb. xvij. c. Falſus ṽo amicus cum fortuna ve/
nit: et cũ fortuna recedit. De q̃ dr̃ ibidẽ. xix. a. Diuitie addũt
amicos: a paupere autem et hi quos habuit ſepanẗ. y ¶Jn
bonis viri: id eſt in ſucceſſibus: z ¶Jnimici illius in
triſticia/ſunt. a ¶Et in malicia illius: tempore aduer/
ſitatis: b ¶Amicus agnitus eſt: quia ſi verus amicus ẽ
non deſerit/ſed magis diligit. Si autem deſerit/non erat ve/
rus amicus: ſed amicus fortune. De quo dicitur. j. xxxvij. a.
Sodalis amico cõiocundabiẗ ĩ oblectatiõib⁹ ⁊ in tp̃e tribula
tionis aduerſarius erit. c ¶Non credas inimico tuo ĩ
eternum: id eſt nunq̃ credaſ. Joh. xiij. a. Non lauabis mi
hi pedes in eternum. Sed ſi verũ dicit inimicus: nunq̃d cre/
dendũ eſt ei: Reſpõſio. Si manifeſtũ eſt verum/crediẗ vero
non illi: quia in illo non eſt auctoritas credẽdi/ſicut eſt in ami
co: cui quãdoq̃ creditur etiam ſi dubia dicat: Si autem du/
bium eſt verum qd̃ dicit/examinãdũ eſt prius: et tũc iam nõ
illi ſed veritati probare creditur. Myſtice c ¶Non cre
das inimico tuo in eternũ: id ẽ nũq̃ acq̃eſcas heretico
vel diabolo: Trãſfigurat eñi ſe q̃ñq̃ ĩ angelũ lucis. ij. Cor.
xj. c. Eph. v. b. Nemo vos ſeducat inanib⁹ verbis. Cauſam
autem quare non eſt credẽdũ inimico/ſubiũgit: d ¶Sicut
enim atramentum eruginat nequitia illius: vel ſi/
cut eramentũ/alia littera. Nota rubigo eſt vitium rodens
ferrum vel ſegetes quaſi rodigo: qd̃ alio nomine erugo dici/
tur ab erodendo: non ab eramento: vt dicit Jſidorus. Con/
trahitur aũt hoc vitiũ maxime ab atramento: et propter hoc
inducitur hec ſimilitudo. Et eſt ſenſus. Sicut atramentũ
eruginat. i. eruginẽ ſiue rubiginẽ inficit/ et corrũpit ferrũ:
Sic e ¶Neq̃tia illi⁹/q̃s attingere põt. Vel ẜm aliã lrãm.
d ¶Sicut eramentũ eruginat. i. eruginẽ ſiue rubiginem
contrahit: qua inficitur. Sic e ¶Neq̃tia illi⁹. i. aĩa nequã
illius inficiẗ rubigine

a Et ſi hūmiliatus vadat cur/
b uus/abijce animū tuū/ꝛ cū/
c ſtodi te ab illo. Non ſtatuas
d illū penes te: nec ſedeat ad
e dexterā tuam: ne conuerſus
f g ſtet in loco tuo: ne forte con/
uerſus in locum tuū inqui/
h rat cathedrā tuā: ꝛ in nouiſſi
mo cognoſcas verba mea: ꝛ
i in ſermonibus meis ſtimule/
k ris. Quis†miſerebit incāta
l tori a ſerpente ꝑcuſſo: ꝛ om/
m n nib' qui appropiant beſtijs
o et qui comitatur cum viro
p iniquo: ꝛ obuolut' eſt in pec
q r catis eius: Una hora tecū
s ꝑmanebit. Si autē declina/
t ueris nō ſupportabit te. In
v labijs ſuis indulcat inimic':
x ꝛ i corde ſuo inſidiat vt ſub/
y uertat te in foueā. In oculis
z †ſuis lachrymat inimic': et ſi
a b inuenerit tēpus non ſatiabit
c ſanguie. Si incurrerint tibi
d mala: iuenies eū illic priorē.
e In ocūlis ſuis lachrymat ini/
f mic': ꝛ quaſi adiuuans ſuffo
g diet plātas tuas. Caput ſuū
h mouebit ꝛ†plaudebit manu:
i k ꝛ multa ſuſurrans cōmuta/
bit vultū ſuū Ca. XIII.

l Qui tetigerit picē: inq̄/
m nabit ab ea: et q̄ cōi/
n cauerit ſuꝑbo induet

illi' inficitur rubigine peccati vel infidelitatis. a Et ſi hu miliatus vadat curuus/abijce animū tuū. i. ſimula/ tione eius nō acquieſce. b Et cuſtodi te ab illo: quia et ſi humiliat' vadat exterius/plenus eſt dolo. Un. j. xix. d. Eſt q̄ nequiter ſe humiliat: ꝛ iteriora ei' plena ſūt dolo. Prouer. xxvj. d. Cum ſubmi/ ſerit vocem ſuā ne cre/ dideris ei: quoniā ſeptē nequitie ſūt corde ei'. c Nō ſtatuas illū penes te: id eſt non habeas eum familia/ rem. d Nec ſe/ deat ad dexteram tuam: id eſt non ha/ beas collateralē. Uel d Nec ſedeat ad dexteram tuam: id eſt in bonis tuis illum non ꝑficies tibi: ſicut dicit chriſt' ſedere ad dexterā patris. i. eſſe equalis ei in omnibus ſuis. Et rationē hui' ſubiungit: e Ne cō/ uerſus/ in ſe ꝑ amo/ rem illicitū. f Stet in loco tuo: id ēve/ lit ſibi vſurpare locū dignitatis tuę. Qđ plenius exponēs/ ſubdit: g Ne forte cōuerſus in locū tuū inquirat cathedrā tuā: quę eſt locus dignitatis ꝛ magiſterij. h Et i nouiſſimo cog/ noſcas v̄ba mea/fuiſſe vera. i Et i ſermonib' meis ſtimuleris/ dolore: q2 nō odiſti: vel penitētiā nimis ſerā ha buiſti. Glo. Hiſtorice de falſis amicis agit/de quibus cauere debemus: myſtice ꝟo notat hereticos qui nō vere amici ſūt: quoꝝ doctrina plena ē rubigine erroris ꝛ nequitię: quorum ſermo ſerpit vt cancer. ij. Timoth. ij. c. Nō ergo eis ꝯſentia/ mus: nec poteſtatē aliquā tribuam' quam ſignificat dextera: ne a loco noſtro. i. a ſtatu fidei recte nos deijciāt. Nitunt eni cathedrā: id ē doctrinā noſtrā malicioſe ſbuertere. k Quis miſerebit incantatori a ſerpente ꝑcuſſo: id eſt hereti co: qui officiū doctoris gerit: ꝛ ſe dicit medicū animaꝝ/a dia bolo circūuēto: q. d. null': q2 inſanabilis ē plaga ei'. Alia litta habet: Quis medebit incantatori: id eſt ꝑlato vel ꝑdi/ catori: qui a cordibus hominū debet extrahere diabolum: ſi/ cut incantator de cauernis extrahit ſerpentes verbis incan/ tatiōis: vt dicit Iſidor'. l A ſerpente ꝑcuſſo: id eſt ab heretico vel diabolo decepto: q. d. nullus: q2 ſi ſal infatuatū fuerit: i q̄ ſaliet: Ad nihilū valet vltra niſi vt mittat foras et ꝯculcet ab hoib': Matth. v. b. m Et oib' q̄ appropiāt/ vl'/appropinquāt/ꝑ cōſenſū vl' imitationē: n Beſtijs. i. hereticis vl' demonib' q̄ deuaſtant oia/quis medebit: o Et qui comitat cum viro iniquo/cōſentiēdo vel imitando ipſum: p Et obuolut' eſt in peccatis ei': ſicut mor/ tuus in ſudario: cui' typum gerit laçarus: Ioh. xj. f. Uel ſi/ cut auis in laqueo: ꝛ ceruus in reti: quis medebit ei: q. d. diffi cile eſt talibus ſubuenire ad ſalutem. Adhuc ꝓſequit de falſo amico. q Una hora. i. ad tempus vel ad horā: r Te/ cum ꝑmanebit: dum. ſ. bene tibi fuerit/ ſimulabit ſe amicū tuū. s Si autē declinaueris: id eſt a ꝓſperitate ceci/ deris: t Nō ſupportabit te/ſubueniendo vel compati/ endo: quia ē amicus ſolo nomie: vt dr. j. xxxvij. a. Ul' de he/ retico. q Una hora tecū ꝑmanebit: id eſt ad horam dicet ſe eſſe fidelē. s Si autē declinaueris/a via iuſti/ cię/eum audiendo ꝛ cōſentiendo: t Non ſupportabit: id eſt nō adiuuabit/te: q2 nec ſeipſum poterit iuuare. v In labijs ſuis indulcat inimic': id eſt lepore verboꝝ alli cit. x Et i corde ſuo inſidiat vt ſubuertat te in fo/ ueam/ erroris. Planū eſt hoc tam de heretico q̄ȝ de falſo amico. De quoꝝ vtroq̄ȝ dicit Prouer. v. a. Fauus diſtillās

medebitur

D

labia meretricis: ꝛ nitidius oleo guttur eius: nouiſſima aūt eius amara q̄ſi abſinthiū. Prouer. xj. b. Simulator ore deci pit amicū ſuum. y In oculis tuis lachrymat inimi/ cus: id eſt corā te. Uel/ In oculis ſuis. i. ſuꝑficialiter/nō ex corde: z Lachrymat inimicus/ q̄ſi cōpatiens. a Et ſi inuenerit temp' . i. oportunitatē nocē di: b Non ſatia/ bit ſanguine: id eſt quaſi eſuriens ſangui/ nem tuū effundet. Sic ioab abner dolo inter/ fecit i hebron i medio portę. ij. Reg. iij. e. Et amaſan ſub ſimula tione oſculi. ij. Regū xx. c. c Si incur rerint tibi mala: id eſt aduerſitas vel ho/ ſtiū incurſus: d In uenies eū illic pri/ orē/ ad impugnandū et ſubuertēdum te. e In oculis ſuis la/ chrymat. i. ſuꝑficia/ lit ſe compati ſimulat inimic': f Et qua/ ſi adiuuans ſuffo/ diet plātas tuas: id eſt ſtipulatis tuis foueā fodit vt corruas. Uel/ſuffodiet plantas tuas: id eſt ſub ſpecie amici corruere te faciet. g Caput ſuum mouebit/inſultando tibi cum cecideris. h Et plaudet manu/ vel/ plaudebit: antiqua grāmati/ ca: gaudendo de caſu tuo: ſicut legit Threñ. ij. e. Plauſerūt ſuꝑ te manib' ſuis: oēs trāſeūtes ꝑ viā: ſibilauerūt ꝛ mouerūt caput ſuꝑ filiā hieruſalē. i Et multa ſuſurrās. i. oculte de/ trahēs tibi: k Cōmutabit vultū ſuū. i. vultū ſimulati amici mutabit in vultū aperti amici. Expo. Capi. XIII.

Al. †tuis

Al. †plaudet

A

Qui tetigerit picem ꝛc. In ꝑcedēti capitulo actū eſt de diſcretione amicitię: In hoc capitulo agit de diſcretione ſocietatis. Multū enim nocet mala ſoci/ etas: ꝛ multū iuuat bona ſocietas. Et primo oſtendit q̄ ma/ lorum ſocietas fugiēda ſit: quia multū coinquinat: vbi dicit: Qui tetigerit ꝛc. Secūdo oſtendit q̄ ſoli deo adherendū eſt: ibi: Humiliare deo. Tertio oſtendit ſocietatem here/ ticoꝝ ſpecialiter vitandam: ibi: Attende ne ſeductus in ſtulticia humilieris. Quarto oſtendit qualiter opor/ tet ſe habere ad potentes: ibi: Aduocatus a potentiore ꝛc. Quinto oſtendit q̄ dei ꝛ ſanctorū cōſortium appetendū eſt: ibi: Omni vita tua dilige deum. Sexto oſtendit q̄ non eſt ſocietas diuitis ꝛ pauperis: vel iuſti ꝛ peccatoris: ibi: Sicut cōmunicabit lupus agno. Septimo ꝛ vltimo oſtēdit/ quomodo mali poſſint a bonis agnoſci: aliter eni nō poſſet vitari eorum ſocietas: ibi: Cor hominis imutat faciē illius. Dicit ergo: l Qui tetigerit picem ꝛc. ipſo tactu: quia macula vel malus odor remanet i manu etiā eiecta pice. m Et qui cōmunicauerit ſuperbo/cōſen tiendo vel cohabitando/ n Induet ſuperbiā/quaſi veſtimentū: id eſt omnib' membris/factis/dictis ꝛ geſtibus/ ſuperba denigrabit. Hec eſt veſtis ꝑegrina: quę peregrinari facit a domino. De qua dicitur Sophonię. j. b. Uiſitabo ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina: ꝛ viſitabo ſuper omnem qui arroganter ingreditur ſuper limen. Ueſtis ꝟo domeſtica eſt iuſticia: De qua dicitur Iob. xxix. c. Iuſticia indutus ſum ꝛ veſtiui me ſicut veſtimento. Prouerb. vlt. c. Stragulatā veſtem fecit ſibi mulier fortis: byſſus ꝛ purpura indumentū eius. Sicut pix non eſt tangenda: ſic malorum ſo cietas eſt fugienda/ maxime infirmis qui adhuc ſeducibiles ſunt. Nimis enim difficile eſt eſſe in medio ignis/ꝛ non com/ buri: imo miraculū/ vt in tribus pueris: Daniel. iij. e. Unde Prouerb. vj. d. Nūquid poteſt homo abſcondere ignem in

F ſinu ſuo

ſinu ſuo/ vt veſtimenta illius nō ardeant: aut ambulare ſupra prunas vt nō comburātur plante eiꝰ. j. Corinth. xv. e. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. a Pondus/ culpe vel pene: b Sup ſe tollit qui honeſtiori ſe: id eſt ditiori ſe: c Cōmunicat/ ſe parificando vel cōſentiendo vel imitando eum d Et ideo/ ditiori te ne ſocius fueris: te parificando ei in expenſis vel in contractibꝰ vel in verbis. e Quid cōmunicabit cacabus ad ollam: q. d. nō eſt cōueniens eorum coniunctio. f Quando eñ ſe colliſerint/ cacabus et olla: f Confringetur/ olla/ que fictilis eſt ⁊ fragilis/ a cacabo eneo ⁊ forti: Sic pauper ſupple a diuite opprimitur ⁊ conteritur. Unde ſequitur: g Diues iniuſte egit/ contra pauperem: h Et fremebit. i. īdignabitur paupi. i Pauper autē/ leſus a diuite: k Tacebit/ nō audens reſpondere ne magis ledatur: vel quia nō habet vocem in cōſiſtorio. Prouerb. xviij. d. Pauper cū obſecratiōibus loquitur/ ⁊ diues effabitur rigide. l Si largitꝰ fueris/ diuiti munera: m Aſſumet te: id eſt honorabit te/ iuxta ſe te vocando. n Et ſi non habueris/ quid ei largiaris: o Derelinquet te: id eſt non aſſumet te: vel amouebit te ab officio ſiue a loco in quo te ꝓpter munera collocauerat. Prouerb. xix. a. Multi colunt ꝑſonam potentis/ ⁊ amici ſunt dona tribuētis: fratres hominis pauperis oderunt eum: inſuper et amici procul receſſerūt ab eo. Si nihil attuleris ibis homere foras. p Si habes/ diuitias ⁊ poſſeſſiones: q Conuiuet tecum: id eſt tamdiu habitabit ⁊ †cōuiuabitur tecū. r Et euacuabit te/ emergens ⁊ multa pollicens. s Et ipſe nō dolebit ſuper te/ cum euacuatꝰ fueris: id eſt nō compatietur tibi. Sicut principes ꝓpoſitos ſuos ꝑmo blande ⁊ familiariter emergunt: ⁊ poſtea capiunt violenter: tandē eijciunt a ꝓpoſitura miſerum ⁊ excoriatū. t Si neceſſarius illi fueris/ in aliquo: v Supplantabit te: id eſt alliciet ⁊ decipiet blādiens: ⁊ tantū faciens laborare vt nō poſſis ſtare ſup plātas: vel mercedē tuā retinēdo. x Et ſubridens: id eſt ſimulate arridens tibi: y Spem dabit/ ꝓmittendo multa ⁊ magna fallaciter: Sic ſaul/ dauid. j. Reg. xviij. d. Dixit ſaul ad dauid: Ecce filia mea maior merob/ ipſam dabo tibi vxorē: tātūmodo eſto vir fortis ⁊ ꝓliare ꝓlia dñi. Saul aūt reputabat/ dicens: Non ſit manꝰ mea in eū: ſed ſit ſuper eū manus philiſtinorū. z Narrans tibi omnia bona: que contulit ſeruientibꝰ ſibi: Vel ſi tu ſeruis/ ꝓmittet tibi/ a Et dicet: quid opus eſt tibi: quaſi velit idē dare qđ deeſt: b Et cōfundet te in cibis ſuis: id eſt in cōuiuijs que tu ei facis. i. depauperabit te: vel exenijs que tibi mittet/ decipiet te: c Donec te exinaniat: id eſt depauperet te: d Bis et ter: id ſepe/ ꝙdiu habes. ſ. quid ei des vel cōmodes. Vel/ bis et ter/ dicit: id eſt quinquies: quia quinqꝫ modis euacuantur paupes a diuitibus. Nocent enim diuites pauperibus aperte et occulte. Aperte duobus modis: vel ſua auferendo/ qđ eſt violentia: aut quod meruerūt/ non reddendo/ qđ ē īmiſericordia: Et ita bis exinaniūt aperte. Item occulte nocent ꝑ verba duplicia/ qđ eſt fallacia: Et ꝑ facta duobus modis: vel ipſo paupere ꝑſente ⁊ ignorante: vt quando in oculis eius male ponderant vel menſurant/ quod eſt fraus: vel ipſo abſente ⁊ in ipſis cōfidente/ qđ eſt proditio: Et ita ter exinaniūt occulte. Unde quinqꝫ filias auaricie tāgit hic auctor: Violentiā/ imiſericordiā/ fallaciam/ fraudem/ ꝓditionem: cū dicit/ bis et ter: quibus diuites auari nocent pauperibus. Nec ſolū hoc facit diues pauperi: ſed poſt depauperationē deridet eum: qđ peius eſt. Unde ſequitur. e Et in nouiſſimo: id eſt poſt euacuationem tuam. f Deridebit te: id eſt deridēdo dicet ꝙ guloſus es/ ⁊ ſtultus: qui oia cōſumpſiſti. Job. xij. a. Deridetur iuſti ſimplicitas ⁊c. g Poſtea vidēs/ te attenuatū ſiue bonis denudatū. h Derelinquet te. i. ꝯtemnet te: nec inuitabit te: nec aſſumet te ad negocia ſua: nec mittet tibi fercula vt prius. i Et caput ſuum mouebit ad te/ irridendum. Motio em capitis ſignū eſt irriſionis. Unde Ps. Poſuiſti nos in ſimilitudinē gentibꝰ: cōmotionem capitis in populis. Eſa. xxxvij. d. Deſpexit te/ ⁊ ſubſannauit te virgo filia ſion: poſt te mouit caput filia hieruſalē. k Humiliare deo ⁊c. Secūda pars capituli/ vbi dehortata familiaritate malorū: id eſt ſuperborū diuitū: hortatur ad ſocietatē ⁊ familiaritatem dei. Unde dicit: k Humiliare deo: id eſt humilitatē exhibe deo: nihil de te ꝑſumendo/ oibus ꝓpter deū te ſubijciendo. j. Pet. ij. c. Subiecti eſtote omni humane creature propter deū. l Et expecta manꝰ eius: dexteram: qua dabit ſtolam anime: Et ſiniſtram: qua dabit ſtolam corporis. Vel/ Expecta manus eius: quarū vna eriget a miſerijs mūdi: ⁊ altera ſublimabit ad gaudia celi: quia qui ſe humiliat exaltabitur: Luc. xiiij. c. m Attende ⁊c. Tertia pars capli vbi oſtēdit ſocietatē hereticoꝝ ſpecialiter eſſe fugiendam. m Attende ne ſeductus in ſtulticia: id eſt erronea doctrina hereticorum vel philoſophorum: n Humilieris: id eſt confundaris in ꝑſenti conuictus de hereſi: et in futuro omnibus manifeſtus. o Noli eſſe humilis: id eſt puſillanimis vel nimium ſimplex: p In ſapiētia tua: id eſt in defenſiōe fidei et ꝑdicatione: q. d. ſi ſapientiā habes/ viriliter reſiſte heretico: ⁊ predica fidem. q Et ne humiliatus in ſtulticiam: id eſt deiectus in errorem: r Seducaris: id eſt ſeorſum ducaris a via que ducit ad vitam. s Aduocatus ⁊c. Quarta pars/ vbi oſtendit qualiter ſe oportet habere ad potentes: docens fugiendum eſſe ab eis. Aliquando tamē accedendum: ne omnino venias in obliuionē eorum. Et hoc eſt: s Aduocatus a potentiore/ ad cōuiuandum cum eo: vel ad aliquod officium vel honorem: t Diſcede: id eſt contrahe te excuſando: non ſtatim eundo vel ingerendo: vt multi faciunt. v Ex hoc enim magis te aduocabit/ ſi prius tamē ex corde vocauit te. Multi em ſolo ore vocant/ non ex corde: ⁊ libentius audiunt excuſationē inuitati ꝙ conceſſionē. Prouerb. xv. b. Melius eſt vocari ad olera cū charitate ꝙ ad vitulum ſaginatum cum odio. x Ne improbus ſis/ impudenter te ingerendo: ⁊ multa conuiuia querendo: y Ne impingaris: id eſt foras expellaris. Prouerb. xxv. c. Subtrahe pedem tuū de domo ꝓximi tui: ne qñ ſatiatus oderit te. z Et ne longe ſis ab eo. i. abſiſtas a diuite nimis te elōgādo. a Ne eas in obliuionē: Diues em facile obliuiſcitur eos nō videt pauperes. b Ne retineas ex equo loqui cū illo: id eſt ꝑbis paribus: ſ. tm ⁊ taliter loquendo vt ille. q. d. noli de †paupere loqui cum diuite: ſed audi tacens.

a b ſupbiā. Pōndꝰ ſup ſe tollit
c qui honeſtiori ſe cōmūnicat.
d Et ditiōri te ne ſociꝰ fueris.
e Quid cōmūnicabit cacabꝰ
f ad ollam: Quādo ēm ſe col
g liſerint cōfringētur. Diūes in
h iuſte egit ⁊ fremēbit: pāuper
i k autem leſus tacēbit. Si lār
l m gitus fueris/ aſſumēt te: et ſi
n nōn habueris/ derēlinquet
o p te. Si hābes cōuiuēt tecum:
q r et euācuabit te: et ipſe nōn
t dolēbit ſuper te. Si necēſſa
v rius illi fueris/ ſupplāntabit
x y te: ēt ſubridens ſpēm dabit
z narrāns tibi omnia bona/ ⁊
a dicēt: quid opus eſt tibi: et
b cōfundēt te in cibis ſuis/ do
c d nēc te exinaniat bis ēt ter: et
e f in nouiſſimo †deridēbit te.
g h Pōſtea vidēns derēliquet te:
i et cāput ſuū mouebit ad te.
k l Hūmiliāre deo ⁊ expēcta ma
m nus eiꝰ. Attēnde ne ſeductꝰ
n o in ſtulticia hūmiliēris. Nōli eē
p hūmilis in ſapiētiā tua: ⁊ ne hūmi
q r liātꝰ in ſtulticiā ſeducāris. Ad
s t uōcatꝰ a potentiore diſcēde:
v ex hoc ēm magis te aduocabit.
x y Ne imprōbꝰ ſis nē impingāris:
z a ⁊ nē lōge ſis ab eo/ ne eās in
b obliuionē. Ne rētineas ex equo

Verſus

Al. †coſcabit

Al. deridē

B

†Ps. 43.

Al. †paupta

a loqui cū illo: ne crēdas mul/
b tis verbis illiꝰ. Ex mūlta
enim loquela temptabit te: τ
c subridēns iterrōgabit te de
d abſcōdit tuis. Immitis āni
e mus illiꝰ/ et cōſeruabit ver/
f ba tua: et nō pārcet de mali/
g cia τ de viculis. Cāue tibi et
h attēdē diligēter auditui tuo:
i quōniam cum ſubuerſione
k tua ambulas. Audiēns vo
l illa quāſi in ſomnis vidē et
m vigilābis. Omni vitā tua
n dilige deum: τ inuōca illum
o in ſalūte tua. Omne ānimal
p diligit ſimile ſibi: ſic τ ōmnis
q homo proximū ſibi. Omnis
r carō ad ſimilē ſibi cōiungetꝛ:
s τ ōmnis homo ſimili ſui ſoci
t abitur. Sicūt cōmunicabit
u lupus agno aliqñ: ſic pecca/
v toꝛ iuſto. Que cōicātio ſan/
x cto homi ad canē: aūt q̄ ps
y bona diuiti ad paupē? Vena
z tio leōnis onager i heremo:
sic pāſcua ſūt diuitū paupe/

ſed audi tacens. a Ne credas multis verbis illiꝰ.i. nō adhibeas fidem omnibꝰ que dicit tibi. Multa eñ p̄mittit que nō ſoluit: τ multa dicit ad temptandū te τ inueſtigan/ da ſecreta tua. Unde ſequitꝛ. b Ex multa eñ loquela temptabit te: id eſt multa loquetꝛ ad temptandū te. c Et ſubridēs .i. falſo ri/ dens: d Interro/ gabit te de abſcō/ ditis tuis: vt eis co/ gnitis decipiat te vl' im/ properet tibi. e Im/ mitis animꝰ illiꝰ .i. crudelis: f Et cō/ ſeruabit v̄ba tua: id eſt obſeruabit inſidi ando ſi in aliquo rep̄/ hendere poſſit. Ps̄. Obſeruabit peccatoꝛ iuſtū: τ ſtridebit ſuper eū dentibꝰ ſuis. Iob. xv.c. Si ſmonē meū ſeruauerint / et veſtrū ſeruabūt. g Et nō parcet de malicia τ de vinculis.i. ſi aliquid rep̄henſibile inuenerit/ nō parcet quin malicioſe incarceret te τ puniat. h Caue tibi/ a ſtulta locutiōe. i Et attende diligēter auditui tuo/ actiue τ paſſiue.i. his que ipſe audit a te: et his q̄ tu audis ab ipſo. q.d. attende quid loquaris/ τ q̄d audias: vt nec dicas non dicēda: nec audias nō audienda. De p̄mo dī: Prouer.xxj.d. Qui cuſtodit os ſuū/ cuſtodit animā ſuam. De ſecūdo dicitꝛ/ Prouerb.iiij.d. Remoue a te os prauū: τ labia detrahentia ſint procul a te. De vtroqꝫ dī.j.xxviij.d. Sepi aures tuas ſpinis: τ noli audire linguam nequā: τ ori tuo facito oſtia. Et cauſam ſubiūgit auctoꝛ: k Quoniā cū ſubuerſione tua ambulas.i. cum p̄iculo ſubuerſiōis tue/ vel ex verbis tuis/ vel ex verbis illius. l Audiens v̄o illa: id eſt v̄ba diuitis: m Quaſi in ſomnis: vna dictio: quaſi diligēs τ attendēs: n Vide.i. diſcerne qualia ſunt q̄ dicit. o Et vigilabis.i. cautus eris/ ne decipiaris. Vel/ in ſomnis/ pōt eē oratio. Et ē ſenſus: l Audiēs v̄o illa q̄ſi i ſomnis vide.i. ſicut nō curas de his que in ſomnis videris: ita nō cures de his q̄ a diuite audieris: o Et vigilabis.i. vigilās eris.i. ſapiens. Alia l̄ra habet: Et vigilabit. Et tūc ē ſenſus: l Audiēs v̄o illa q̄ſi i ſomnis/ dicta.ſ. obſcure: n Vide.i. caue tibi. o Et q2 vigilabit.i. iſidiabitꝛ tibi/ vt nō itelligas q̄ dic/ decipiat te. Sicut loquebatꝛ dauid vrie.ij. Regꝫ.xj.b. Uade i domū tuā τ laua pedes tuoſ. Ecce poſuit quiqꝫ auctoꝛ: q̄ oportet habere ad h̄ vt bñ te habeas ad diuites ſiue potētes. Primo vt ñ ſis improbꝰ. Secūdo vt nō ſis oīno alienꝰ. Tertio vt nō loq̄ris cū eo expiri. Quarto vt caueas q̄ loq̄tꝛ tibi. Quinto vt caueas q̄ ei loq̄ris. Seq̄tꝛ. p Omni vita τc̄. Quinta pars capituli: vbi oſtendit ꝙ dei τ ſanctoꝝ ſocietas ac familiaritas debet ap̄peti τ amari. Vñ dic: Omi vita tua τc̄.i. omī vita tua/ ſiue p̄ſp̄a ſiue aduerſa: q Dilige deū/ p̄pter ſe tm̄. Et hoc dicit auctoꝛ: q2 quidā ſunt qui diligūt deū dum bene eis eſt: tēpoꝛe v̄o tēptatiōis vl' aduerſitatis murmurāt τ maledicūt deū: vt iudei i deſerto. De qbꝰ
Ps̄.48. Ps̄. Cōfitebitꝛ tibi cū bñ feceris ei. Et Lucꝫ.viij.b. Ad tēpus credūt: τ in tp̄e temptatiōis recedūt. Alij ecōuerſo: tp̄e p̄ſperitatis obliuiſcuntꝛ deū: τ in tp̄e aduerſitatis orant τ requirūt eū. De quibꝰ dī Eſa.xxvj.c. Dñe i anguſtia requrūt te. Propt̄ h̄ dixit ioſeph pincerne: Memēto mei cū bñ tibi fuerit: Gen̄.xl.c. Qui aūt vere diligit deū/ oī tp̄e diligit. Vñ Prouer.xvij.c. Oi tp̄e diligit q̄ amicꝰ ē. Et h̄ ē qd̄ dic: Oi vita tua dilige deū. Ut̄ p Oi vita tua.i. toto corde/ vñ vita: τ tota aīa/ vñ regnū vite: τ tota virtute/ vñ ꝯuerſatio bone vite. Et h̄ eſt qd̄ dī/ Deut.vj.a. et Matth.xxij.d. Diliges dñm deū tuū τc̄. r Et inuoca illū.i. intꝰ corde voca illū p̄ intentā τ deuotā orationē. s In ſalute tua/ tp̄ali

Margin: C · ps̄.36. · In ſomnis τ vigilabit

vl' eterna. Que cōſiſtit i tribꝰ: In amotiōe mali: τ collatione boni: τ cōfirmatiōe eiuſdē. Amotio v̄o mali triplicis.i. p̄ſentis/ p̄teriti/ τ futuri. Collatio boni triplicꝫ.i. boni glorie/ nature/ τ gratie. Et hec ſūt ſex petitiōes orōnis dñice: ſeptimū eſt ꝯfirmatio boni collati τ mali amoti. Verbi gr̄a. Amotio mali futuri petitur: ibi: Libera nos a malo. Amotio mali p̄ſētis: ibi: Et ne nos iducas i tēptationē. Amotio mali preteriti: ibi: Dimitte nobis debita noſtra: ſic̄ et nos dimittimus debitoꝛibꝰ nr̄is. Collatio boni nature petitꝛ: ibi: Panem noſtrū q̄tidianū da nobiſ hodie. Collatio boni gratie: ibi: Fiat volūtas tua ſicut in celo et i terra. Collatio boni glorie: ibi: Adueniat regnū tuū. Cōfirmatio omniū: ibi: Sanctificetꝛ nomē tuū. Oꝛ dī: Pater nr̄ q̄ es i celis: captatio ē beniuolētie. Oꝛ aūt deū diligere debeamꝰ/ oſtēdit: q2 omē ſimile diligit ſuū ſimile: et nos ſimiles ſumꝰ deo: facti eñ ſumꝰ ad imaginē τ ſimilitudinē ſuā. Et hoc eſt qd̄ ſequitꝛ: t Omne aīal diligit ſimile ſibi/ naturaliter. v Sic τ omīs hō p̄ximū ſibi.i. ſimilē ſibi cōditiōe diligit naturalitꝛ. Vñ Auguſtinꝰ in libꝛo ſoliloquioꝝ. Homies amo/ nō ex eo ꝙ aīalia: ſed q2 homies ſunt.i. q2 rōnales aīas habent quas amo: etiā in latronibꝰ. Hic dicit Glo. Hoc ad ſup̄ioꝛa reſpicit: vt diuitū τ potentū ſocietatē declines/ τ ei coiūgaris qui ſtudio τ religione tibi cōſoꝛs eſt. Hec eſt eñ firma amicitia quam ſimilitudo virtutū ſociat. Et ita paup̄ paup̄is ſocietatē debet q̄rere/ nō diuitis. Et hoc adhuc oſtendit p̄ ſilē: x Omnis/ caro ad ſimilem ſibi cōiungetꝛ.i. omne ſenſibile diligit ſuū ſimile. y Et oīs homo/ re τ nomie hō: z Simili ſui ſociabitꝛ/ p̄ amoꝛe. Unde.j.xxvij.b. Uolatilia ad ſibi ſimilia ꝯueniūt. Ruſticus agricolā/ miles fera bella gerentē: Rectoꝛē dubie nauita puppis amat. a Sicut cōmunicabit lupus agno aliqñ: ſic peccatoꝛ iuſto. q.d. ſicut incōueniēs ē τ p̄iculoſa lupi τ agni ſocietas: ſic peccatoꝛis τ iuſti. Nā ſicut lupus agnū: ſic peccatoꝛ iuſtū deuoꝛat. Nōdū eñ venit tempꝰ illud: de quo dicitꝛ Eſa.lxv.d. Lupus et agnus paſcentꝛ ſimul: leo τ bos paleas comedent. b Que comunicatio ſancto homini ad canē.i. peccatoꝛē/ ad vomitum reuertētem: τ perā depoſita iteꝝ comedentē? q.d. nulla. c Aut q̄ ps bona diuiti ad paup̄ē.i. q̄ cōmunicatio ſiue p̄ticipatio? q.d. nulla. Vñ.ij.Corꝫ.vj.c. Que p̄ticipatio iuſticie cū iniquitate: aut q̄ ſocietas lucꝫ ad tenebras? Aut q̄ cōuentio chꝛiſti ad belial? Aut q̄ ps fideli cū infideli? d Venatio leonis onager in heremo.i. onager aſinꝰ ſiluestris habitans in heremo/ eſt cibus leonis venatiōe queſitus: e Sic paſcua ſūt diuitū pauperes: id eſt ſic diuites deuoꝛant pauperes et bona eoꝛum. Unde conqueritꝛ dominꝰ/ Eſa.iij.c. Quare atteritꝫ populū meū τ facies pauperum cōmolitꝫ? Mich.iij.a. Audite principes iacob τ duces domus iſrael: Nūquid veſtrū eſt iudiciū/ qui odio habetis bonū τ diligitis malū: qui violenter tollitis pelles eoꝛum deſup̄ eos. Ecce lupo/ cani/ leoni cōparauit auctoꝛ diuitem: τ pauperem agno/ homini ſancto et onagro. In lupo rapacitas τ fames auaricie deſignatꝛ/ que eſt in diuitibus huiꝰ mundi: in agno v̄o innocentia τ manſuetudo/ que eſt in pauperibus chꝛiſti. Lucꝫ.x.a. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. In cane ſignificatꝛ detractio τ imundicia ſiue loquacitas τ guloſitas/ que ſūt i diuitibus: vt patet in diuite epulone: Lucꝫ.xvj.c. In homie ſancto puritas τ mūdicia vite que ſūt in pauperibꝰ chꝛiſti. Apocꝫ.xxij.c. Beati qui lauant

Margin: j.27.b. · 2.Corꝫ.6.c. · Verſus · Sexta pars vbi oñdit ꝙ nō ē ſocietas diuitis τ paupis vel iuſti et iniuſti.


ſtolas ſuas

a res. Et ſicut abominatio eſt
b ſuperbo humilitas: ſic ꝛ exe/
c cratio diuitis paup. Diues
d cōmotus confirmat ab ami/
e f cis ſuis: humilis autē cum
g h ceciderit expellet ꝛ a notis.
i k Diuiti decepto multi recu/
l peratores: Locutꝰ ē ſupba
m n et iuſtificauerūt illum. Hū/
o p milis deceptus ē: inſuper et
q arguit. Locutus eſt ſenſate:
r ꝛ nō eſt datus ei locus. Di/
s t ues locutus eſt: ꝛ omnes ta/
v cuerūt: ꝛ verbum illius uſq

ſtolas ſuas in ſanguine agni/ vt ſit poteſtas eoꝝ in ligno vitē ꝛ ꝑ portas intrent ciuitatē: h ad paupes. Foris aūt canes et venefici et impudici. In leone ſignificat ſupbia ꝛ crudelitas/ q̄ ſūt ī diuitibꝰ huiꝰ mūdi: ī onagro humilitas ꝛ caſtitas ſigt/ q̄ ſūt ī pauperibꝰ chriſti. Vñ Job. xxxix. a. Quiſ dimiſit ona/ grum librū: et vincula eiꝰ qs diſſoluit? Qui

D dedit ei in ſolitudine domū: et tabernacula eiꝰ ī terra ſalſuginis. Cōtemnit multitudi/ nē ciuitatis: et clamo/ rem exactoris non au dit. Sequit. a Et ſicut abominatio

Ar ſuperbe j.31.a. eſt ſuperbo humi litas. i. vilitas/ pau/ pertas/ abiectio: q̄ ſūt cuſtos ꝛ nutrix aīē vl̄ humilitatꝭ. b Sic ꝛ execratio diuitꝭ pauper: h eſt: ſic ſu/ perbus abominat hu miles ꝛ humilitatē: ſic diues execrat paupe/ res ꝛ paupertatē. Abominabile dicit: qḋ cordi contrariū eſt ita vt vomitū ꝓuocet: ſic humilitas cōtraria eſt cordi ſuper/ bo/ ita vt eam euomat ꝛ repellat a ſe quaſi vile cadauer: Exe/ crabile vō dicit qḋ indignum eſt/ honore putatur. Sap. ij. c. Circūueniamus iuſtum quoniā inutilis eſt nobis: ꝛ contra/ rius operibus noſtris: Grauis eſt etiā nobis ad videndum: quouiā diſſimilis eſt alijs vita illius. c Diues cōmo/ tus: id eſt iratus et turbatus aliquo caſu vel infortunio: d Confirmat ab amicis ſuis: id eſt cōſolat ab his qui dicunt ſe eſſe amicos/ dūmodo maneat diues. e Humi/ lis autē: id eſt pauper: f Cum ceciderit/ in aduerſita/ te vel tribulatione aliqua: g Expellet/ a familiaritate: h Et a notis: id eſt etiā a domeſticis: vt iob ab vxore ſua ꝛ familia ſua. Unde Job. xix. b. Noti mei quaſi alieni re/ ceſſerunt a me: dereliquerūt me ꝓpinqui mei: ꝛ qui me noue/ rant obliti ſunt mei. Prouerb. xix. a. Fratres hominis pau/ peris oderunt eum: inſuper et amici eius receſſerunt ab eo. i Diuiti decepto: id eſt damnificato vl̄ errāti in aliquo. k Multi recuperatores: id eſt damni reſtitutores: vel erroris defenſores. l Locutus eſt ſupba/ diues ſuper/ bus: m Et iuſtificauerūt illū: id eſt iuſte locutū dixe/

Ps. 9. rūt audiētes: quia laudat peccator ī deſiderijs anime ſue ꝛc. n Humilis: id eſt pauper: o Deceptus eſt: id eſt damnificatus: vl̄ errās in aliquo: p Inſuper ꝛ arguit: q. d. nullus eſt qui reſtituat ei damnū vel defendat errorem eius: imo arguit: quia dicunt ſtultus eſt: et quia neſcis cuſto/ dire tua/ omne bonū te fugit: ꝛ huiuſmodi. q Locutꝰ eſt ſenſate/ pauper: id eſt ſapiēter: r Et non eſt datus ei

Juuenalis ſatyra. 7. locꝰ/ loquēdi vel audiendi: qꝛ: Rara in tenui facundia pan/ no. s Diues locutus eſt/ ſiue bona ſiue mala: t Et omnes tacuerūt/ ob reuerentiā eius. v Et verbum illius uſq ad nubes pducent/ homies mūdi: id eſt ex/ tollūt ꝛ magnificāt verbū illiꝰ q̄ſi celeſte ꝛ angelicū: dicētes: Optime dixit/ nunq̄ ſic locutus ē hō. Sic legit Actꝭ. xij. d. de herode. Herodes veſtitus veſte regali ſedit ꝓ tribunali et concionabat ad eos: populus autē acclamabat dei voces non hominis. x Pauper locutus eſt: ꝛ dicunt/ ho/ mines mūdi: y Quis eſt hic? deſpectiue. Simile. j. Re gū. x. b. Que nā res accidit filio cis? Nūquid ſaul inter pro/ phetas? Et qs eſt pater eius? z Et ſi offenderit/ aliquē audientiū/ dicendo qḋ non placet ei: vel defendēdo qḋ dixit: a Subuertent illum: id eſt ſub pedibus ſuis vertunt cō culcando eum: vel ſi ceciderit in ſyllaba/ cadet in cauſa. Sed ne crederet aliquis q̄ ideo omnis diues cōtemnendus eſſet/ oſtendit/ q̄ nō omnis qui habet diuitias malus eſt vel cōtem

x ad nubes pducēt. Pauper
y locutus eſt/ et dicunt: Quis
z eſt hic? Et ſi offenderit ſub/
a b uertent illum. Bona eſt ſub
c ſtantia/ cui non ē peccatum
d in ꝯſciētia: ꝛ nequiſſima pau
e f pertas in ore impij. Cor ho/
g minis īmutat faciē illiꝰ/ ſiue
h i in bono ſiue in malo. Veſti/
k gium cordis boni et faciem
l bonam difficile inuenies et
cum labore. Ca. XIIII.
m Beatus vir qui nō eſt lapſus vbo ex ore ſuo:

nēdus. Vñ dicit: b Bona eſt ſubſtantia. i. poſſeſſio temporalis homini: c Cui non eſt peccatū in con/ ſcientia: id eſt que nō eſt contra conſcientiā acquiſita vel re/ tenta vel diſpenſata. d Et nequiſſima paupertas in ore impij: id eſt auari: qui paupertatē quaſi rem execrabi/ lem ꝛ deteſtabilē ma/ lam dicit. Myſtice: b Bona eſt ſub/ ſtantia/ nature: id eſt bona naturalia/ vl̄ gra tie: id eſt bona gratui/ ta: vel glorie: id ē bo/ na eterna: vel ſcriptu/ re. i. ſapiētia/ medita/ tione/ oratione/ locuti/ one/ operatione: cōgre gata illi: c Cui nō eſt peccatū in con ſcientia: id eſt homi/ ni iuſto: qui nihil mali ſibi ꝯſcius eſt. d Et nequiſſima paup/ tas: id ē doctrina he/ reticorū pauperem fa cit: quia priuat veris diuitijs: De quibꝰ dicit/ Prouerb. xiij. b. Redemptio ani/ me viri diuitie illius. e In ore impij: id eſt heretici/ do/ centis vel predicantis. Vel/ paupertas/ ſpiritus/ eſt ne/ quiſſima in ore impij. i. mali ꝛ auari doctoris. Cōmenda tio enī paupertatis ſpiritualis in ore auari doctoris deteſta/ bilis efficit. Unde. j. xv. c. Non eſt ſpecioſa laus in ore pec/ catoris. f Cor hominis ꝛc. Septima pars capituli vbi oſtēdit ꝑ quid poſſit agnoſci mali: a quorum ſocietate docuit ſupra eſſe cauendum/ dicens: q̄ in facie hominis legit mentis qualitas. Nam nimis difficile eſt crimen nō prodere vultu.

Myſtice

Ouidius. 2 metamorph. Unde facies dicit vultus: quia voluntatē cordis nunciat ex/ tra. Unde: In facie legit ſecreta mētis volūtas. Dicit ergo: f Cor hois imutat faciem illius. i. ſm cordis muta/ tionē mutat facies. Tanta enī corporis et aīe harmonia eſt/ q̄ ſm aīe mutationē neceſſe ſit mutari corporis q̄litatē. Vñ j. xix. d. Ex viſu cognoſcit vir: et ab occurſu faciei cognoſcit ſenſatus. Amictꝰ corporis: ꝛ riſus dentium ꝛ ingreſſus homi nis enunciāt de illo. Prouerb. xv. b. Cor gaudens exhilarat faciem: ꝛ in merore animi deijcit ſpiritus. Et hoc eſt quod ſe/ quit: g Siue in bono: id eſt ī leto ꝛ iocūdo: h Siue in malo: id eſt in triſti ꝛ meſto. Vtrobiq enim legit q̄litas cordis in ſpecie faciei. Vñ Marcialis coquus: Eſt ſpeculum mentis facies oculiq reuelant Quales ſūt intus mēs animꝰ q mei. i Veſtigiū cordis boni: id eſt bonam cogita/ tionem ꝛ bonam affectionē. k Et faciem bonam: id eſt bonā operationē: ꝛ bonam locutionē: ꝛ honeſtam cōuerſati/ onem. l Difficile inuenies et cum labore/ ſimul in eodem: Non q̄ nō ſint in aliquo: ſed quia in paucis. Nam

Juuenalis ſatyra. 6. Rara auis in terris nigroq ſimillima cygno. q. d. auctor: di/ xi q̄ ſm cor hois imutat facies eiꝰ: non tamē ſemp cōſonat facies cordi: quia multi ſub ouina pelle cor lupinū gerunt: Et ꝓpter illos dicit: Veſtigiū cordis ꝛc.

A

Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ꝛc. Expo. Ca. XIIII. Hoc capitulū in quinq parti/ tum eſt. Primo agit auctor de quattuor que faciūt beatitudinē vie. i. hominē beatū in via. ſ. modeſtia ſermonis: leticia mentis: ſtabilitas in aduerſis: ꝛ ſpes. Secūdo agit de auaricia: ibi: Viro cupido ꝛ tenaci. Tertio agit de largi/ tate: ibi: Fili ſi habes benefac tecū. Quarto de homis natiuitate: ibi: Omnis caro ſicut fenum. Quinto de ho minis felicitate: ibi: Beatus vir qui in ſapientia mo/ rabit. Premittēs ergo ſignum maximū pfectionis dicit: m Beatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Hoc eſt enī ꝑcipuū ſignū pfectionis. Vñ Jaco. iij. a. Si quis in vbo nō offendit hic pfectus eſt vir. Qui hāc per/ fectionem habuerit

ſectionem habuerit (.j.Reg.iij.d. Creuit ſamuel ⁊ dominꝰ erat cum eo: ⁊ non cecidit ex omnibus verbis eius in terrā. Et Job labijs ſuis nec̄ ſtultū quid cōtra deū locutꝰ eſt) taJb.i.d. lis dr̄ beatus ſigno vel ſpe. Labit̄ aūt q̄s verbo: cū aliq̄d inconſiderate/ vel ocioſe/ vel detractorie/ vel adulatorie/ vel mendacit̄ loquit̄: qd̄ vitare difficile eſt: et ideo pfectus eſt: qui nō eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Ex quo labit̄: qui cor ſuum habet ī ore: ſicut dicit̄.j.xxj.d. In ore fatuorū cor eorū. a Et nō eſt ſtimulatus in triſticia: vel in cōſcientia/ delicti: id eſt quē non remordet vel triſtificat cōſciētia ꝓ delicto aliAl.alij quo.q.d.ille ē beatꝰ q̄ habet modeſtiam lingue ⁊ leticiam cōſcientie: que eſt gloria noſtra: vt dicit̄.ij.Corinth.j.c. Unde ſequit̄: b Felix qui non habuit animi ſui triſticiā: id eſt qui non eſt ꝑ triſticiam vel per accidiam in deſperationē lapſus. c Et non excidit a ſpe ſua/ bona.i. a bonis operibꝰ ꝓ q̄bus ſperant̄ eterna p̄mia. A quibꝰ excidit q̄s p̄ſumendo/ deſperādo/ pſeuerantiam interrūpendo. Hec triſticia mala eſt: de qua dicit̄ j.xxx.d. Triſticiam longe expelle a te: multos enim occidit triſticia: ⁊ non eſt vtilitas in illa. Et hoc eſt tertiū qd̄ diximꝰ opari beatitudinē vie.ſ. ſtabilitas ſiue cōſtantia in aduerſis. Et quartū eſt ſpes: quod tangit̄ cum dicit: Et non excidit a ſpe ſua.q.d.ille beatus eſt: qui cōſtantiam et ſpem retinet firmiter in aduerſis. Sequit̄. d Uiro cupido ⁊c̄. Secūda pars capituli vbi agit̄ de auaricia quā deteſtando dicit eſſe peſtem excruciantē auarum: nec cōſequat̄ fructū laboris ſui: ſic̄ dicit̄ Eccs.v.b. Qui amat diuitias fructū nō capiet ex eis. Dicit ergo: d Uiro cupido/ vt acquirat: e Et tenaci/ vt acquiſita retineat. f Sine ratiōe eſt ſubſtātia/ acquiſita ⁊ retenta: id eſt vbi cupidus ⁊ tenax ſine ratione acquirit: ⁊ ſine ratione retinet acquiſita / eſt contra rationem. Ratio eñ bene diſpoſita dictat ideo cōceſſa temporalia/ vt indigentibus diſpenſent̄. Propter qd̄ ſcriptum eſt:
Ps.iii. Diſperſit dedit pauperibꝰ: iuſticia eiꝰ manet in ſeculū ſeculi. Non dic̄ miſcd̄ia ſed iuſticia: q2 elemoſynā erogare paupi: potius eſt reddere ſuum q̄3 dare alienū. g Et homini liuido ad quid aurum/ concedit̄ vel pmittit̄: cum nō poſſit ex eo emere ſapientiā: ſicut dicit̄ Prouerb.xvij.c. Quid ꝓdeſt ſtulto habere diuitias/ cum ſapientiā emere nō poſſit: Nec etiā eo vti poſſit: ſicut dicit̄ Eccs.vj.a. Eſt aliud malū qd̄ vidi ſub ſole: ⁊ quidē freq̄ues apud homines: vir cui dedit deꝰ diuitias ⁊ ſubſtantiā ⁊ honorem: et nihil deeſt anime ſue ex omnibꝰ que deſiderat: nec tribuit ei poteſtatē deus vt comedat ex eo: ſed homo extraneus vorabit illud. Ad quid igit̄ aurū dat̄ auaro: Reſpōdeo: Ut illud videat. Eccs.v.c. Quid ꝓdeſt poſſeſſori niſi q2 cernit diuitias oculis ſuis. Itē vt ſe coinquinet: animā ſuam damnet. Abacuk.ij.b. Ue qui multiplicat nō ſua ⁊ cōgregat cōtra ſe denſum lutum. Item vt idolum ſibi faciat. Oſee.viij.a. Argentū ſuum ⁊ aurū ſuū fecerunt ſibi idola vt interirent. Item vt ſatiatus euomat illud. Job.xx.b. Diuitias quas deuorauit euomet: ⁊ de ventre eius extrahet eas deus. Item vt ferat teſtimoniū contra ſeipſū/ ⁊ comedat carnes eiꝰ. Jaco.v.a. Aurū ⁊ argētū veſtꝝ eruginauit: ⁊ erugo eorum erit vobis in teſtimoniū: ⁊ māducabit carnes veſtras ſicut ignis. Item ad damnationē ſuam niſi bene diſpēſet. Matth.xvj.d. Quid ꝓdeſt homini ſi vniuerſum mundū lucret̄: anime ꝟo ſue detrimentū patiat̄: Itē ne in eo cōfidat. Baruch.iij.b. Ubi ſunt p̄ncipes qui argentū theſauricant: ⁊ aurū in quo cōfidunt homīes: Propt̄ hec omnia dicit̄.j.xxxj.a. Multi dati ſunt in auri caſus: et facta

a et nōn eſt ſtimulatꝰ ī triſticia
b delicti. Felix qui nō habuit
